Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ipsi autem erubescunt. Ac sic aliquos eorũ considerantes euiden
tiã ueritatis & pulchritudinem pacis. non baptismo quem iam
sicut regalem caracterem tamquã desertores acceperunt. sed fidei
quę illis defuit. & spꝰ scĩ caritati. & xpĩ corpori sociamus.
Scriptum est enim. Fidem undans corda eorum. Itemq: scrip
tum est. Caritas cooperit multitudinem peccatorũ. Si autem
uel nimia duritia uel pudore. Non ferentes eorũ exultationẽ
cum quibus contra nos tam multa falsa iactabant. & tã multa
mala excogitabant. uel magis timore. ne qualia nobis ante facie
bant talia nobis cum iam patiantur. unitati xpĩ consentire nolu
erint. sicut in laesi reuenti sunt. sic a nobis dimittuntur
in laesi. Hoc quantum possumus monemus & iam laicos nr̃os
ut eos in laesos teneant. & nobis corripiendos instruendos
quae perducant. Sed aliqui nos audiunt. & si possunt faciunt.
alii cum illis quemammodum cum latronibus agunt. quia eos
reueratales patiuntur. Aliqui ictus eorũ suis corporibus immi
nentes feriendo repellunt. Ne a beis ante feriantur. aliqui
ad praehensos iudicibus offerunt. Nec nobis intercedentibus
eis parcunt. dum a beis pati mala immania pertimescunt. In quib:
omnibus illi non deponunt facta latronũ. & honorem sibi exigunt
mastrorũ. Hoc est ergo desiderium nostrum. quod tuae grauitati
per has litteras. & per fratres quos misimus alligamus. Primum. si fieri
potest. ut cum episcopis nostris pacifice conferatis. Ut in quib:
fuerit inuentus non homines sed error ipse tollatur ut homines
non puniantur. sed corrigantur. ut uos modo conueniatis
quia eorũ conuentionem antea contemsistis. Quanto melius
enim hoc inter uos facitis ut quod egeritis conscriptum & subscriptũ.
imperatori mittatis. quam ut hoc apud terrenas potestates
fiat. quę non possunt nisi iam datis contra uos legibus inseruire.
Uestri enim collegae qui nauigauerunt. apud praefectos.